

εἰς ὑποταγὴν παραλαβεῖν [αὐτὸν παραλ. εἰς ὑποτ. conc.] ἡγουμένου, αὐτὸς [μὲν add. conc.] καθαιρεῖσθω, ὁ δὲ ἀποκαρεῖς [ἐν add. conc.] ὑποταγῇ καὶ μοναστηρίῳ [παρὰ τοῦ ἐπισκόπου add. conc.] διδόνθω = can. 2.

Εἰ τις πρεσβ. ἢ διάκ., ὡς δὴθεν ἐπ' ἐγκλήματι τοῦ οἰκείου κατεγνωκὼς ἐπισκόπου, πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἀποστῇ τῆς αὐτοῦ κοινωνίας καὶ μὴ ἀναφέρῃ τὸ ὄνομα αὐτοῦ [αὐτοῦ τὸ ὄνομα conc.], καθαιρεῖσθω = can. 13 pars prima.

Καὶ εἰ τις ἐπίσκοπος αὐτὸ τοῦτο τολμήσῃ κατὰ τοῦ ἰδίου [οἰκείου conc.] μητροπολίτου, καθαιρεῖσθω = can. 14 pars prima.

Ὡσαύτως καὶ εἰ τις ἐπίσκοπος ἢ μητροπολίτης κατὰ τοῦ πατριάρχου ταῦτα [τοιαῦτα conc.] τολμήσῃ, τῆς ἱερουσίνης παύεσθωσαν [πάσης ἱερατείας ἀλλοτριούσθω conc.] = can. 15 pars prima.

Cum Nomocanone poenitentiali, Rituali Magno ruthenico annexo, atque ab A. S. Pavlov in libro Nomokanon pri bolšom trebnikje. (Mosquae 1897) edito, nihil commune habent canones, Sophronio adscripti et a Pavlov pro opere genuino hujus sancti viri habiti (p. 26-27).

Aetate patriarchae Sophronii antiquiores ceteri canones censeri possunt, nimirum cum fontes eorum lex canonica SS. Apostolorum (ed. Funk, Did. et Const., II, 150-152) c. 12. 11. 15. 17. 16. 18, SS. Apost. Petri et Pauli (ed. ibid., 89) c. 8-10, synoptica seu abbreviata recensio canonum SS. Apost. 10. 6. 20. 27. 29. 44. 42. 54. 58. 59. 63. 77. 78, concil. Carthag. 72. 83, Timothei Alexandr. 16. 12, Petri Alexandr. 12. 13 sint.

Prooemium vero operis, quod in verbis . . . ἐκ τῶν τοιούτων διδασκάλων ἀπαιτήσῃ ὁ ἀδέκαστος κριτής desinit (col. 3365-3368), maxime cum Ioannis Nesteutae dicto nomocanone poenitentiali consentit (cf. N. Suvorov in Viz. Vrem., 1901, VIII, 403-407; A. Pavlov, l. c., 26-27).

Quae cum ita sint, verisimilius esse videtur neque hos antiquioris aetatis canones S. Sophronio adscribi posse, totumque opus S. Sophronii nihil praeter supra memoratum prooemium (col. 3365-3368) continere. Et revera in codd. Mosqu. Synod. 475 et Athen. 1377 canones nulli inveniuntur.

§ 11. VATIC. 827. — membran. et chart., saec. XIII (« saec. XIII » Hist., II, 442; « saec. XIV » Hist., I, 46; II, 6373; « saec. XI » Hist., I, 425 ff. 245 (345×250; 235×145) lin. 35, a diversis manibus scriptus, initio medio et fine mutilus; circa f. 145 quaternionum numeratio nova incipit, quae ad f. 239 pergit: supersunt numeri $\bar{\iota}$ f. 217r., $\bar{\iota}\zeta$ f. 221r., $\bar{\iota}\beta$ f. 229r., $\bar{\iota}\delta$ f. 239r. Ordo foliorum turbatus est et hoc modo restitui debet: 1-14, 21-28, 15-29 sqq. Desunt folia inter 14 et 21, 28 et 15, 19 et 29, 34 et 35, 60 et 61, 112 et 115, 121 et 122, 239 et 241, 241 et 242. Post f. 244 nihil deperditum esse videtur, ut ex sequentis indicis collatione cum textu codicis apparet.

Accuratam descriptionem codicis dedi in Synt., 244, 251-253 sub siglo Vat; eiusdem classis sunt codd. Vallicell. F. 10 saec. X (sub siglo V), Laurent. plut. X cod. 1 saec. XIII (sub siglo L), Bodl. Miscell. 170 saec. XIV-XV (sub siglo Misc), qui ibid., 242-255 descripti et cum Vat. hic conferendi sunt.